eiusdem mariti sui personali astantia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam ac libere recognoverunt. Quia Nobilem Adamum olim Jacobi Koszinski fratrem Mathiam olim Bartholomei Koszinski de omni et integra dote ipsam de bonis Paternis et Maternis tangente spectante in haereditate Koszianka Troianki consistente persoluta quietat et liberos facit bonisque paternis et maternis abrenunciat perpetuo.

Koszinska Reformatio.

Coram officio et Actis praesentibus castrensibus Capitaneatus Baransensis personaliter comparens Nobilis Casimirus filius Nobilis Thomae Koszinski sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Hedwigi filiae olim Jacobi Koszinski consorti suae legitimae ratione verae dotis post eam accepta et in bona sua importata in medietate omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate Koszianka Literowka Domanow consistentium summam septuaginta sexagenarum Polon. dotis et decem florenorum Polon. addotalicij inscribit reformat et assecurat dotaliciatque more aliorum dotaliciorum hic in Regno Polon. observari solitorum.

Koszinski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus castrensibus Capitaneatus Baransensis personaliter comparens Nobilis Adamus olim Jacobi Koszinski Troianski sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Casimiro filio Nobilis Thomae Koszinski et eius posteris quinquaginta florenorum Polon. debiti certi veri et liquidi mutuatique pecuniis teneri ac debere et a festo Sancti Adalberti proxime futuro parata pecunia solvere se de omnibus bonis cum successoribus suis submittit ac inscribit sub vadio similiter aliorum quinquaginta florenorum Polon. in defectu solutionis tempore praefixo absolvendum succumbendo. Et coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abscribendo.

Lipinski Kolodziesze Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus castrensibus Capitaneatus Baransensis personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Alberti Zarzecki de Kolodziesze haeres sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Paulo olim Alberti Lipinski de eadem haeredi Bonorum in haereditate Kolodziesze sitis in Area sex sulcos a fluviolo ad metam transversalem przy brodku z drodze Trzcienskiey per duo stadia tendentes podlugie wsmugie pod Kamien cum hortis arboribus et omnibus utilitatibus attinentibus et pertinentibus nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui eam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officio acceptandam dat et admittit submittendo se de omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros orenie praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et extranearum omnes praemissos tueri defendere evincere solusque pro se et submissas personas non minuare sub damnis omnibus similiter taxatis et edicendis. Et coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione Ortis in universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abscribendo et abrenunciando sub amissione sua summi sui et integrae causae.